



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

224. An Princeps sacerdotalis possit ferre aliquam legem aduersus filios
contra iustum Parentum voluntatem nubentes. Ex p. 1. tr. 2. res. 105. aliàs
104.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

detrimentum libertatis Ecclesiasticae, ut norant communiter Doctores, tamen Theologi, quam Iurisconsulti: sed hoc accideret in casu nostro: ergo, &c.

RESOL. CCXXIV.

An Princeps secularis possit ferre aliquam legem aduersus filios contra iustam parentum voluntatem nubentes? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 105. alias 104.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent non pauci Ref. præteri-
ta, & infra in docet Molina de iust. tom. 1. tract. 2. diff. 176. à num. 24.
fine Ref. 226. & Rebell. de obligat. iustit. part. 2. quest. 14. sect. 3. quos
& 343. §. 3. ante mediū
& signanter. nouissimè sequitur Pontius de Sacr. matr. lib. 2. cap. 1.
§. 3. num. 29. & ex Iuristis neotericis Cancer. lib. 3. var.
cap. 11. n. 4. & Anguiano in tract. de legib. tom. 1. lib. 2.
contr. 13. num. 15. & 30.

2. Sed merito supradictæ sententia non admittit Bellet. in diff. q[uod] uisit. cler. p[ro]t. tit. de exemptionib. cleric. à statut.
secul. §. 5. n. 43. qui citat 8. Doctores, quibus ego addo
ex Theologis Sanchez de matr. 10. 1. lib. 4. diff. 25. n. 2.
& Vafquez in 3. p. tom. 4. diff. 4. de matr. cap. 2. num. 24.
Dicendum est igitur, supradictas leges esse contra
iurisunitatem Ecclesiasticam: & licet filii non bene
agant, si nubant sine parentum licentia, attamen non
est ferenda lex, qua eos exhæredari à parentibus per
mittat, si velint: & hoc etiam supra dicti filii indi
gne nubent, obseruat Sanch. num. 3. Vide citatos
Doctores. Et ratio est: qui ius canonicum omnino dā
in matrimonio libertatem poscit: & idē reicit po
enam in sponsalibus positam, cap. gemma de sponsalib.
Sed propter penam exhæredationis, vel aliam val
de minuitur dicta libertas. Ergo dictæ leges erunt cō
tra ius canonicum, & sunt ab illo correctæ. Et idē
Valerus in diff. viri que fori, verb. matr. diff. 1. num. 2.
& seq. supradictas leges, tanquam improbas, in foro
conscientia damnat, & reprobant, sicut etiam dan
narunt Doctores, quos citat Molinus de r[itu] nupt.
lib. 2. diff. 7. num. 57. Nec obstat contra supradicta lex
quædam, quæ obseruantur in Regno Cathalonie: i
nam hoc pertinet ad factum; & in Regno illo leges
conduntur in Comitiis generalibus, non solum à
laicis, sed etiam ab Episcopis, & aliis Ecclesiasticis.
Ergo, vt ait Molinus ubi supra, iustificantur supradictæ
leges ex scientia, & tolerantia Romani Pon
tificis. Sed de hac scientia, & tolerantia dictum est
supra: ad alia igitur procedamus.

RESOL. CCXXV.

*An statutum disponens malierem extra territorium na
bentem cum sua familia priuandam fore hereditate,
eis ei sit questiæ, si contra Immunitatem Ecclesi
sticam? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 57. alias 56.*

Sup. hoc su
pra in Ref.
223. §. 2. ante
mediū, vers.
vnde statutū:
§. 1. **S**i in hoc Siciliæ Regno tale statutum adesset,
non pauci illud frangerent. Sed ad rem. Multi
hoc statutum valere opinati sunt: & ita docet Baldus
in leg. si matre. C. de suis, & legit. her. idem Baldus lib. 1.
conf. 357. & in cap. consilii. num. 6. de offic. deleg. Soci
nus, & Iason in lib. 6. veteres. ff. de acquir. poss. Alexander
lib. 2. conf. 251 num. 2. Ruinus lib. 3. conf. 49. &
alij. Et ratio est: quia huiusmodi statuta facta sunt
in bonum Republicæ, ad eam replendam liberis, &
vt etiam plures sint in ea, qui gabellas soluant, &
onera sustineant. Sed contraria sententiam omni
nd ampliendam esse puto: quia matrimonia libera

esse debent ab omni coactione, ex leg. Titi aff. de ver
borum oblig. Vnde & in terminis huius questionis
non valere similia statuta, etiamsi colorem quandam
publicæ utilitatis præferant, docet Panormitanus
in cap. 1. de spons. Decius post Felinum in cap. Ecclesia
S. Maria num. 36. de condit. & hanc opinionem com
mune esse testatur Gabriel lib. 2. conf. 11. num. 9. &
illam nouissimè docuit Molina de r[itu] nuptiarum, lib.
2. differ. 7. num. 26. & post illum Barbola in collectan.
tom. 2. lib. 4. tit. 1. cap. 1. num. 7.

RESOL. CCXXVI.

*An Princeps laicus possit imponere penas, ne matrimo
nia inter consanguineos contrahantur, & illas exigere,
etiam impetrata à Pontifice dispensatione?*

Et an circa accessorum matrimonij possit Princeps sac
ularis leges ferre, aut penas imponere matrimonium
contrahentibus sine parentum consentiu?

Et insertur, quod indices laici possunt penas imponere
contra non observantes dies festos; Verum si Episcopus
dederit licentiam alicui laboranti in die festo, non
possunt propterea indices laici illum punire trans
gressorem festorum, stante dicta licentia Episcopi? Ex
patt. 5. tract. 1. Refol. 17.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Cutellius in
Cod. leg. Sicul. ad legem Federic. cap. 83. not. 88.
num. 2.

2. Sed hæc opinio mihi non placet, vt patet ex
Decreto Concil. Tridentini, sess. 24. c. 9. de reform. ma
trimoni. in quo sub anatheme interdicuntur Principi
bus secularibus ne direc[t]e, vel indirec[t]e matrimonij
libertatem impedian. Sed quis non videt quid per
supradictas penas impeditur matrimonij libertas,
nam contrahentes non valentes ex paupertate solue
re penas à iudice laico impositas, & per Cutellium
adduc obligantes, etiam post obtentam dispensatio
nem à Pontifice, vitique retrahentur ab incendo
matrimonio, ergo, &c. Deinde matrimonium initum
post obtentam dispensationem à Pontifice inter con
sanguineos est licitum, quomodo igitur potest puni
ri per indicem laicum, etenim pena non est danda
sine culpa. Confirmantur hæc omnia ex doctrina,
quam afferat Barbola in Collectan. Doctor. ad Concil.
Trid. sess. 25. de Regul. cap. 12. num. 11. vbi docet quid
judices laici possunt penas imponere cōtra non ob
seruantes dies festos; verum si Episcopus dederit li
centiam alicui laboranti in die festo, non possunt
propterea dicti judices laici illum punire, vt transgres
sorem festorum, stante licentia obtenta ab Episcopo,
& ita ait fuisse dictum à sacra Congregatione die 9.
November 1619. Facit etiam pro hac sententia do
ctrina Basilij Pontij de matrimon. lib. 6. cap. 2. num. 4.
vbi docet, neque circa accessorum matrimonij pos
se principem sacerdotalem, ex defectu potestatis leges
ferre, si eo accessorio impeditur principale, & licet
postea Pontius addat leges laicorum, quæ penas
constituti adiuvant prohibiciones Ecclesiasticas circa
matrimonium esse validas, tamen hoc intelligendum
est, vt diximus, si adhuc persistant Ecclesiasticas pro
hibitiones, sed in calu, de quo amplius non adest
prohibitio Ecclesiastica, ergo, &c. Et idē ex his
doctis Belletus in diff. Cler. part. 1. tit. de exempt.
Cler. à stat. seculari, §. 4. num. 47. quod vim legum
non habent leges, quæ inferunt penas matrimo
nium contrahentibus sine parentum consentiu, nam pra
et si Princeps eas tulerit ad honestatem persuaden
dam, quæ consistit in exigendo parentum consentiu
ab ipsis filiis ad coniugalem contractum, non tamen & in
habent

Sup. hoc
fra. in Ref.
312.

Sup. hoc
éodem Pon
tio supra a
Ref. 223. & 224.
Ref. 221. &
vit. & inde
in Rel. 312.

Sup. hoc
éodem Pon
tio supra a
Ref. 223. & 224.
& infra in
Ref. 147. §. 4.

Sup. hoc
éodem Pon
tio supra a
Ref. 223. & 224.
Ref. 221. &
vit. & inde
in Rel. 312.